



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Jus Canonicvm R.P. Pavli Laymanni, Soc: Jesu Theologi, Et  
Olim In Alma Et Episcopali Academia Dilingana SS.  
Canonum Ordinarii Professoris**

**Laymann, Paul**

**Dilingæ, 1666**

Titvlvs XV. De Sacra Vnctione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62559)

Permittimus.

PARAPHRASIS.

Bonifacius VIII. permittit Episcopis, ut cum ijs, qui vicesimum aetatis annu complegerunt, dispensare possint ad consequendas dignitates & personatus, si curam animarum annexam non habeant.

SVMARIYM.

1. Episcopus non potest dispensare super aetate requisita in ordinandis, vel praeficiendis secundum vniuersales Ecclesiae canones.
2. Ad dignitatem ecclesiasticam cum cura animarum nemo promouendus ante 25. annum: ad non curarum cum dispensatione Episcopi promoueri aliquis potest post 20. annum completum.
3. Hodie secundum Trident. ad eiusmodi dignitatem & personatum requiritur aetas exacta 22. annorum.

NOTANDVM Vn. Episcopus non potest dispensare super aetate secundum vniuersales Ecclesiae canones requisita in ordinandis, vel praeficiendis. Ita notat hic Gl. Ioan. Andr. & alij. Id vero colligitur ex verbo permittimus, id est, concedimus & indulgemus; quod alioquin absque speciali hac concessione Episcopis illicitum esset: Er enim secundum iura, etiam ciuilia, ad digni-

tatem nemo promoueri debet ante xxv. aetatis annum, saltem coeptu. l. Ad Rempubl. 4. ff. de muneribus. Cum autem in Concilio generali sub Alexan. III. e. cum in curatis, 7. de elect. expressè prohibitum fuerit, ne quisquam ad dignitatem ecclesiasticam cum cura animarum promoueatur ante dictam aetatem annorum xxv. ideo eo canone in suo vigore permanente circa alias dignitates non curatas Bonifac. VIII. permittit Episcopis, ut post 20. annum completum dispensare possint.

Quare non placet, quod tradit Hostiens. in summa huius tit. n. 1. Archidiaconus, & Dominicus de Geminiano super hoc c. Episcopum in aetate dispensare posse etiam circa dignitates curatas, si rationabilis causa, seu Ecclesiae utilitas postulet. Nam si haec doctrina vera esset, tum absolute dicendum foret, quod Episcopus contra canones vniuersales dispensare possit: quandoquidem omnis dispensatio causam rationabilem postulat.

Hodie vero secundum Trident. constit. Sess. 24. cap. 12. de reformat. Ad eiusmodi dignitates ac personatus requiritur aetas exacta 22. annorum. Atque haec ipsa aetas sufficere debet, tametsi dignitas, quae per se curata non est, y. g. Decanatus, vniuersam habeat parochialem seu curatam Ecclesiam. Attenditur enim ad naturam beneficii principalis, non vniuersi & accessorii; quippe quod naturam & conditiones suas veluti amississe censetur, cum alteri principaliori beneficio annexum fuit, ut dixi lib. 4. tr. 2. c. 9. num. 2.

TITVLVS XV.  
DE SACRA VNCTIONE.



Vm in Episcoporum consecratione sacra unctio adhibeatur, ideo hoc loco responsum Innoc. III. de varijs sacris unctionibus proponitur.

CAPITVLVM VNICVM.  
Cum venisset.

Episcopus quidam Graecus consecratus fuit, non adhibita chrisimatis unctione.

Xxx quæ



quæ in capite fieri solet ex antiquissima traditione. Quamvis Orientales tali cæremonia in consecratione suorum Episcoporum uti non soleant. Hoc intellecto, mandat Innoc. III. ommissam cæremoniam suppleri, & dictum Episcopum ab Episcopo Albanensi, assistentibus ei duobus alijs Episcopis (sicuti mos Ecclesiasticus requirit,) in manibus & capite sacro chrismate inungi.

NOTANDUM VN. Si cæremoniæ, etiam accidentales, seu ad substantiam Sacramenti non pertinentes, ommissæ fuerunt, postea suppleri debent. Vide quæ dixi lib. 5. Theol. moral. tr. 2. c. 8. num. 10.

### §. Scire.

**D**Vplex est vñctio, Vna interior & inuisibilis, per Spiritum sanctum. Altera exterior & visibilis, quæ est signum interioris. Ipsa autem interior vñctio non tantum est significatum, sed etiam res Sacramenti. Ad exteriorem vñctionem benedicitur oleum, quod duplex est, Catechumenorum, & Infirmorum. Conficitur etiam chrisma ex oleo & balsamo, idque mystica ratione, quia per oleum nitore conscientiæ, per balsamum odor bonæ famæ significatur. Et hoc chrismate vngitur Episcopus in capite, & in manibus: in manibus quidem ad significandam potestatem consecrandi & benedicendi, in capite verò ad significandum supremam Episcopalis ordinis potestatem. Presbyter autem cum consecratur, in manibus vngitur oleo benedicto simplici, ut Hostiensis hic docet, n. 3. & Gl. in c. præterea 12. d. 23. Videri etiam potest Durandus lib. 1. rationalis, cap. 8.

### §. Vnde.

**R**Eges quoque, Principes populi, inungi solent, aliter tamen, quam Episcopi, seu primi Sacerdotes: Nam hi in capite vnguntur chrismate; Reges autem in brachio oleo simplici.

### §. Quia verò.

**Q**Via Christus sanguinis sui effusione fidelibus omnibus promeruit, ut accepta Spiritus sancti gratiâ, quodammodo Sacerdotes sint, ex corde puro orationum sacrificia ipsi offerentes, secundum illud S. Petri epist. 1. c. 2. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium*; ideo in nouo testamento omnes Christiani vnguntur, bis ante baptismum oleo benedicto, videlicet in pectore, & in scapulis, & bis post baptismum, chrismate sancto, videlicet in vertice; & postea in fronte, cum confirmantur.

### §. Per frontis.

**C**Hrismatione frontis manus impositio designatur, quæ alio nomine Confirmatio dicitur; quia per eam Spiritus sancti robur & augmentum confertur. Quamobrem hanc chrismationem solus Episcopus seu summus Sacerdos conferre potest, uti ex Actis Apostolorum, cap. 8. colligimus, alie autem vñctiones ab alijs etiam simplicibus Sacerdotibus ministrantur.

### § Vngitur.

**S**ed & altare, ecclesia, atque calices, cum consecrantur, inungi solent, secundum morem ecclesiasticum, quem ex S. Syluestro Papa accepimus, qui altare lapideum consecrans illud chrismate vngebat. Neque propterea iudaizat Ecclesia tales vñctiones adhibendo, sicuti imperiti aliqui obiecerunt. Nam Iudæi vñctiones per figuram, & significationem gratiæ futuræ exercebant: Nos autem in veritate, & secundum significationem gratiæ præsentis.

### §. Licet.


**R**omanus Pontifex baculo pastorali non vtitur, sicuti alij Episcopi, & Prælati. Idque tum propter historiam, tum propter mylli-



myfticam rationem. Historiam refert Inno- cent. in lib. 1. de myfterijs Miffæ, c. 62. Quia B. Petrus baculum fuum mifit Euchario pri- mo Treuironum Epifcopo, quem vnà cum Va- lerio & Maximo ad predicandum Euange- lum deftinauit genti Teuthonica. Ei fuffragit in Epifcopatu Maternus, qui per baculum S. Petri à morte fuerat fuffragatus. Quem bacu- lum vsque hodie cum magna ueneratione fer- uat Ecclefia Treuirenfis. Atque ideo, inquit

Durandus in rationali, lib. 3. c. 15. Papa in illa tantum diœcefi baculo utitur. Myftica uerò ratio eft: Quia baculus pastoralis cur- uus eft, ad significandum, quòd is, qui bacu- lum à Superiore accepit ad regendum, ab eo- dem infecti, & exigente caufa penitus re- moueri poffit. Quod in Pontifice locum non habet, quia Superiorem in terris nullum ha- bet. Ita Gl. margin. hic, & Hoftienfis hoc tit. in fine.

## TITVLVS XVI. DE SACRAMENTIS NON ITERANDIS.

 Titur de ijs Sacramentis, quæ characterem imprimunt, & quidem ex proposito tantum, quorum administratio propria eft Epifcoporum, uidelicet Confir- matione, & ordinatione: Quòd ea nunquam iteranda funt; fed, fi quippiam in eorum ad- ministratioe omiffum, id poftea fupplen- dum.

### CAPITVLVM I.

#### Pastoralis.

#### PARAPHRASIS.

Ex Innocentio III. duo quæftita funt: I. V- trum Titius, qui intermiffa manuum im- pofitione Subdiaconus ordinatus erat, in eo ordine administrare permittendus fit. Alterum. An Sacramentum Confirma- tionis iterari debeat in eo, qui per erro- rem oleo fimplici, non chrifmate vnctus fuit in fronte. Ad vtrumque fimul refpon- det Pontifex; In talibus non effe iteran- dum aliquid, fed cautè fupplendum, quod incautè fuerat prætermiffum.

#### SVMMARIVM.

1. Ordinatus in Subdiaconum fine manu- um impofitione, permittendus eft mini-

strare; prius tamen fupplendum, quod erat omiffum; nihil autem iterandum.

2. Similiter in confirmato non chrifmatis, fed olei vnctione.

**C**ontra priorem refponfionem obijcitur primò c. Subdiaconus 15. d. 23. in quo habetur, quòd Subdiaconus manùs impo- fitionem in fui ordinatione non accipiat. Ad id refpondet hic Gl. ver. impofitione. Quòd Subdiaconus in ordinatione non accipiat manùs impofitionem confeccratoriam, quæ ab Epifcopo fit, dicente; *Accipe Spiritum fandum, &c.* fed deprecatoriam tantum ma- nuum impofitionem, iuxta c. 1. d. 69. & c. manus 74. caufa 1. q. 1.

Altera refponfio eft Innocentij IV. Pon- tificis, qui fuper hoc c. teftatur, textum effe corruptum, & legendum Diaconatum pro Subdiaconatu: Quare etiam Gl. marginalis fatetur, in duobus vetuftioribus exempla- ribus legi Diaconatum.

Secundò obijcitur: Quòd Pontifex non refponderit ad factam interrogationem, num ille fine manuum impofitione ordinatus mi- niftrare permittendus fit. Refpondeo, cum Gl. Innocentio, & alijs. Implicite refpon- diffe; Prius fupplendum effe, quod erat omiffum, quàm miniftrare permittatur. Quod maximè verum eft, fi fequamur vetuftio- rem